

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Decima f
cum fonte primo

Sacerdotes qui propter decimas
corripiunt populum et maiora peccata uidentes tacent,
docent colare culicem et deglutire camelum,
id est a modico abstinere et maiora committere.

Crisostomus ibidem (super illud Matthei XXIII.:
Qui decimatis mentam et cetera).

Omnes ergo sacerdotes, qui propter non oblatas populi decimas curant,
et docent populum, et corripiunt, et alia pejora eorum peccata uidentes, tacent:
ipsi sunt, qui docent populum suo exemplo liquare culicem, et camelum glutire:
id est, a modico quidem peccato se abstinere, maiora autem committere.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaicum*, 44 (PG 56, col.884-5).